

Band X., Nr. 4354, Seite 122

König Adolf von Nassau bestätigt und erläutert die dem Kloster Schöntal von K. Heinrich VII. verliehene Freiheit von Diensten und Abgaben.

Schöntal, 1293. März 10.

Adolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus omnibus in perpetuum. Totiens regie celsitudinis sceptrum extollitur altius et ipsius status a domino, a quo datur omnis potestas, felicius gubernatur, quotiens loca divino cultui dedita benigna consideratione reguntur et ad ipsorum servandas libertates et facultates augendas gratiosa protectio principis invenitur. Noverit igitur presens etas et successura posteritas, quod nos privilegium clare recordationis Heinrici Romanorum regis predecessoris nostri nobis exhibitum vidimus et inspeximus sub hac forma conscriptum: In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus *u. s. w.* *Es folgt die Bd. 3 S. 198 abgedruckte Urkunde von 122[6] September 7.*

Nos igitur eorum devotis supplicationibus favorabiliter inclinati predictum privilegium et omnia in ipso contenta de benignitate regia confirmamus innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. Hoc tamen articulo declarationis adiecto, ut de illis tantum bonis, que prius quam ad manus fratrum devenirent supradictorum alicuius servitii seu precarie onere gravata non erant, nulla servitia seu precarie penitus exigantur, aliis oneratis cum suo onere transeuntibus ad eosdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis et innovationis paginam infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentem litteram maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Schontal, VI. idus Martii, anno domini MCCLXXXIII., regni vero nostri anno primo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An roten, schwarzen und gelben Seidenfäden hängt ein Bruchstück des Majestätsiegels aus grünem Wachs, vgl. die Abb. bei CARL HEFFNER (HRSG.): Die deutschen Kaiser- und Königs-Siegel, nebst denen der Kaiserinnen, Königinnen und Reichsverweser, Würzburg 1875, Tafel 7, Nr. 63.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 137

Editionen:

Böhmer: Acta imperii selecta, 496 (nach Kremer: Chronicon Schoenthal. Mscr).

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 6, Bd. 2, S. 75, Nr. 206.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schöntal

Ortsindex:

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Nassau (Burg), Nassau, EMS